1532 5 mai

113

# Sigismundus Primus
# Rex Poloniæ
# Ferdinando Regi Ungariæ Bohemiæ et Romanorum.

Serenissime Princeps. Perlatæ sunt ad nos literæ Maiestatis Vestræ, Suæ ex quibus perspeximus non probari illi quod per Ordines Moraviæ Decretum admissum fuerit Magnifico Vihelmo Comite de Cunstad, jure represaliorum servitores et subditos Suæ Dominæ Bonæ Conjugis Nostræ, Charissimæ, intercipere et detinere, et quod Maiestas Vestra literis suis apud præsidentes Moraviæ inhibuerit, ne hac admissa potestate uti dictum Vihelmum, Comitem permittant, ad aliam illius causam re-

6 deliberatione et Decretum, in quo etsi id Nobis imprimis est gratum quod Maiestas Vestra desiderio et postulationi Nostræ satisfacere non distulerit illud tamen, non potest Nobis non maxime gratum esse quod Maiestas Vestra in hoc tuendæ conservandæque quietis in vicinitate communis rationem habere voluerit, pro quo fraterno et amico in istituto magnas agimus et habemus Maiestati Vestræ Gratias, illamque rogamus, ut quæ ipsa est erga communem tranquillitatem, voluntate eadem

esse

esse et subditos suos facere, et praestare velit.

Nam quorundam incontinentes ausus et indomita temeritas nisi Altas Vestra provideat, facile et officia bonae vicinitatis pervertere, et omnem tranquillitatem perturbare poterunt.

Ecce enim ante paucos Dies quidam Caspar Sheredi ut cognominis inarticulati, ita summae et inverecundiae vanitatis homo, in Tokay a Altre Vestra Praefectus humanae rationum, leges et Conditiones contemnens, prostrato pudore et honestate quam a se Regiae Nrae dignitati debere meminisse debuit, Nobilem Joannem Clayski Aulicum Nostrum quem Nos dudum ad praesidendum sequestri jure Castellis quibusdam in Transsilvania sub judiciis Terrestribus ab adversario Vrae Altis ut scriptum erat ante annum interceptis miseramus, publico itinere, et sine ulla inimicitiae suspicione ad nos redeuntem vi illata e more praedonum capit et hucusq detinet, non aliam ullam ob causam quam quod non efficiamus ut frater suus quem falso praedicat, in Dominiis Nostris captum esse liber dimittatur,

Quae illius insolens audacia, quam Nobis sit adferendum gravis et molesta explicare satis

non possumus

Cum etiam vilibus personis Altis Vestrae subditis non conveniebat dignitatem, et authoritatem Nostram ledi, et propensionem quam Regno Ungariae sincere vero prodesse studuimus tam aperte contemni. At cum isti ita pacis Publicae temeratores mode stia, et benignitate Nostra abuti incipiunt, nos vicissim non committemus, ut dignitati Nostrae in ista contumelia vindicanda deesse debeamus modis enim omnibus ad id intendemus ut hunc Sberedis intemperantis suae petulentiae, et sceleris admissi propediem peniteat, Altem vero Vestram rogamus velit, magnis itineribus ad Munimen teve, simulque illi mandare, ut Aulicum Nostrum contra jus Gentium, interceptum, procul omni mora dimittat, et recuperandi; fratris sui, alium modum per contumeliae in nos admisse licentiam quaerat, Cujus detentioni ut palam est, ipsemet suis intemperantibus factis causam et occasionem, praebuit, Factura Altas Vestrae rem mutuae vicinitati, et tranquilitati utilem et necessariam et quam Nos gratitudine animi Nstri erga Altem vestram pro sequemur, Commendamus Nos amori et benevolentiae fraternae Altis Vestrae quam felicissimam et recte semper salvam et incolumem esse ex animo Optamus Dat Cracoviae. 1532. Anno